

tuor | consulibus Vribergensis<sup>a)</sup> opidi<sup>b)</sup> extitit contradictum, asserentibus eisdem, quod pater noster sepefato monasterio non poterat tale | privilegium indulgere, cum id in eorum grave dampnum vergeret, ingens preterea eis preiudicium<sup>b)</sup> afferret, insuper ius, quod consulibus | Vribergensis opidi<sup>b)</sup> in prima constructione sui concessum fuit, quam plurimum absorberet. Partibus itaque diu super predictis iuribus | litigantibus ab eisdem tandem in hunc modum fuit amicabiliter concordatum, scilicet quod, si contingerit montem cum metallo in bonis | monasterii repperiri<sup>b)</sup>, post camerarii mensuram, que lein vulgariter nuncupatur, immediate semper et sine omni contradictione | monachorum mensura, id est lein, a magistris montium mensuretur percipiantque huius mensure medietatem, que due schicht | vulgariter dicitur, viginti quatuor consules antedicti, monasterium autem sepefatum de mensura consulum predictorum, que mensure | magistrorum montium est vicinissima, habeat similiter medietatem, id est duas scihicht<sup>b)</sup>. Sic quoque inter partes super premissis omnibus | cesset perpetuo rancor omnis et occasio litis tota. Igitur ut huius concordie perpetua firmitas habeatur, in scripto redigi fecimus formam | eius eamque sigilli nostri munimine roborari. Et ut etiam plene appareat partes formam concordie comprobasse, sigillum suum | sepius dictum monasterium apposuit isti scripto, preterea sigillum suum apposuerunt viginti quatuor consules sepedicti. Testes vero | huius rei sunt: Mychahel prior, Christianus cellerarius, Sifridus Kezzelhut, Sifridus Grello monachi, Gerhardvs | magister montium, Meilacus de Pelli-  
paria conversi, Godeschalcus Kezzelhut, Matheus advocati, Wichardvs | de Ochsselbach, Bernhelmus de Kozzenrode, Iohannes de Antiquo Monte, Iohannes de Aldenburg, Heinricus miles, | Heinricus Leonis, Wernherus, Gerlacus de Hunsberg, Fridericus Saltator, Heinricus Vinko, Adolphus, Theodericus Catulus, | Winandus de Birenbach, Cuneko de civitate Saxonum, Heinricus Kyuelkorn, Winandus Snudelmester, Cvnradvs | Domicella, Hermannus Scharsaxs, Arnoldus de Omzxe<sup>c)</sup>, Heinricus Rex, Cvnradus frater suus, Herbordus Borte, Wilhelmvs | Suellephage, Arnoldus de Arena et alii quam plures. Acta sunt hec in monte Heinrichesdorph<sup>5)</sup> anno domini millesimo | ducentesimo quadagesimo primo, VI<sup>o</sup> idus augusti, indictione X<sup>a</sup>IIII<sup>a</sup>.

(SP. 1)

(SP. 2)

(SP. 3)

## 121.

***(Bischof Heinrich oder Bischof Konrad [I.] von Meißen) beauftragt den Abt von Altzelle, das Zisterzienserinnenkloster zum hl. Kreuz (bei) Meißen fortan alljährlich zu visitieren, nachdem er selbst eine Visitation des Klosters durchgeführt und verschiedene Bestimmungen getroffen hat.***

(vor 1241)

a) Vribergenensis A.

b) sic A.

c) Oder Onizxe A.

5) Vgl. oben mit Anm. 1.